infinitus nõ potest esse sine cã in finita vel forma infinita. Relatio refert psonas infinitas. ergo formaliter īfinita: qz nihil denominat infinitū nisi ipsum sit infinitum. Item si illud qđ hz rõnem primi quiditatiue si substãtia: cuz substãtia et relatio eque diuidãt ens et sicut illa in qua primo descēdit ens: et cum in quolibet genere sit ppria perfectio qua rõne potest quietari in substãtia et in relatione. Item cõ illud qđ dicitur non est eo deus quo pater: qz deitate est deus: et īfinitus nõ sit paternitate. Probatio qđ pater eo quo pater. s. paternitate sit formalr infinitas: qz qlibet psona ē adorãda adoratione latrie: et de pluribus psonis sunt distincti articuli fidei nihil ē adorandũ adoratione latrie vt obiectuz fidei nisi formalr infinitum. ergo. Item. cõ rõnem ad scđm argumentũ arguo sic: essentia fm Hieronymũ non generatur sz filius generatur formaliter: et si filius est formalr infinitus: et est filius formalr per relationē generationis. ergo gnatio formaliter est infinita. Certuz em̃ ē qđ loquitur Hieronymus ibi nõ de ignatiõe essentie: sz de generatione persone quã dicit esse ineffabilem et inenarrabiliem.

Ad primũ istorũ dr qđ visus relationis non est formalr infinit⁹ nec persone vt relatiue subsistũt formalr p relationes sunt infinite: sz tm̃ habēt idētitatē infinitã inquantũ. s. sunt idē cuz essentia qđ est eoz fundamentũ qđ ex se formalr et simplr est infinitum.

Cõtra scđm. dicta relatio est aliqua pfectio et hz realitatē a fundamento fm data. ergo a fundamēto infinito infinitam entitatē: ergo perfectio ē formaliter infinita. Dicitur qđ perfectionem aliam nõ hz q̃ pfectionem sui fundamenti. Unde. idē tice et fundamentaliter est perfectio. sed non formaliter.

Cõtra philosophus. 7. meta. inter opposita oia cuiuslibet generis alterum est pfectius et nobilius et alteruz vilius: igitur in genere relatiõis opposita diuidentia relationem vnum erit vilius alterum nobilius: ergo relatio hz aliquã nobilitatem et ita aliquã pfectionem. cõntia probatur: qz quantũ aliquid habet de nobilitate. tantũ de entitate et de perfectione: qz quãto aliquid est positiuũ tãto magis nobile. Ad hoc dicitur qđ non valet quantum aliquid hz de entitate tantum de bonitate et nobilitate nisi sit perfectio aliqua. phus 7. me.

Cõtra perfectũ et imperfectum diuidunt omne ens simplr. ergo omne ens quantũ hz. de entitate tm̃ de pfectione. ¶ Respondeo qđ pfectum et imperfectũ diuidunt ens quiditatiuum qđ est ens perfectuz et non diuidunt ens simpliciter: qz nihil est quiditatiuũ in diuinis nisi natura diuina: ideo ipse formaliter est perfectio et nihil aliđ nisi ratione ipsius.

Cõtra prime substãtie sicut psone aliquid addũt i diuinis sup quiditatē: et gñaliter fm te ois substantia prima aliqđ addit sup quiditatē nature specifice et fm illud additum dicitur maxime substãtia perfecta. ¶ Rñdeo est maxime substãtia et maxime subest alteri: et sic maxime ens. ergo maxime perfecta falla

cia fm qd ad simplr marie substãtie. ergo maxime pfecta: nõ vz oñs est oppositũ. Jtẽ. 7. met. sub stãtia diuidit i materiã z formã z compositũ z dicit q rõ substãtie que est compositum est nobilissima: talis est prima suba. &c. Jtez vnũquodqz sicut est ens ita est bonũ: sed prima substãtia est ens. g ẽ bona. sz quãtũ vnũqdqz hz de bonitate tm̃ hz de pfectiõe ¶ Ad primum sicut prius.

Phs 7. me.

Ad argumentũ

dico q peccat fm equiuocationẽ zphs: q: duplex est bonũ: vnũ qd cõuertitur cũ ente. et de illo bono tm̃ hz vnũqdqz quãtũ hz de entitate: aliud est bonũ qd est idẽ q perfectũ qd non incurrit aliquẽ defectũ. et tale nõ est in quocũqz gñe nisi diminute loquẽdo d qui ditatibus specierũ ɔtentarũ sub gñe. z tale non est prima suba.

Cõtra

Aug. de quãtitate aie dicit q equalitatez inequalitati in re pponim⁹ nec estimo quẽqz humano sensu preditũ cui illud nõ videat. ergo inequalitati equalitas preponitur: tanqz aliqua perfectio. sz nõ est pfectio vt pponit rõne fundamẽti q: inequalitas põt fundari in illis q̃ sunt maioris nobilitatis vt in deo z creatura: z eq̃litas in illis q̃ sunt minoris nobilitatis sicut iter indiuidua. g eq̃litas formaliter dicit aliquã perfectionẽ respectu inequalitatis. ¶ Ad istud dr q argumẽtũ Aug. tenet gra materie i quo ait: q: eq̃litas sit nobilior in figuris: qz inequalitas: sed non simpliciter.

Aug. de q̃titate animę.

Cõtra

Aug. pbat ibi in figuris q vna figura triangularis sit nobilior alia figura triangulari: z alia circularis nobilior altera: p hoc mediũ q eq̃litas inequalitati sit iure pponẽda. si igit hoc nõ sit vez nisi in figuris. ergo petit ɔclusionez in premissa. z pbat idẽ p idẽ non per aliqd magis notũ. ¶ Ad istud dico q equalitas dicit pfectionẽ aliquã: qm in omni natura cõparando ad aliqd eadẽ nature melior est equalitas suo opposito. s. inequalitate: q: oppositum eius de necessitate dicit iperfectionez non est inequalitas in eadẽ natura: nisi aliquod mediũ imperfecte habeat illam naturam.

Tunc ad argumẽtũ

verũ est q est ppponẽdũ nõ q: dicit aliquã pfectionẽ simplr sz q: cõparãdo in eadẽ nã aliq indiuidua fm equalitatem z inequalitatem vnum de necessitate dicit imperfectionem.

Cõtra

priorem responsionem: ens dr de prima substantia et de scda de qua igitur prius dicit in entitate vnitate z perfectione. ¶ Respõdeo q eque vera est vna predicatio sicut alia: sed vna predicatio sit nobilior alia q: de vna predicat quiditatem: de alia non. nec est ordo quin eque vere pdicetur de vna sicut de alia quia et si animal immediatius sit substantia qz homo: quia vtrunqz includit, inclu ditietiam rationem formalem illius quod predicatur de eis.

Ad argumentũ

contra primaz rationẽ dr q non valet sed supponit vnũ falsuz: q substantia sit primo primum obiectũ qd nõ est vez: q: nihil ẽ primo primũ qd est determinati ge

neris sicut est substātia et qdcūq alid tale. Ad alid qd d: illd de q est fides et articulus fidei est ifinitū vere ē formalr quātū ad aliqs articulos q ptinent imediate ad deitatē sed psone relatiue de qb9 sunt speciales articuli credibiles sunt ifinite idētice: s3 nō formalr q: rō formalis credibilis nō ē ifinita nec aliq relatio est adorāda latria s3 tm̄ tres psone iquātum sunt vn9 deus. Ad illd de gñatio ne dico q nō sit ifinita rōne notōis siue q gñatio sit ifinita rōne toti9 suppositi qd est formalr ifinitū p essentiā q ē simplr ifinita Dicit aliter q est ieffabilis ex pte nra: q: nullus eā explicare pt pfecte nec est ineffabilitas in relatione ipsa si circūscribatur infinitas nature et fundamenti.

Cōtra deus nō d: ieffabilis: et tm̄ gñatio d: ieffabilis. g est ieffabilitas in ipa rōne relationis et non rōne essentie. ¶ Rñdeo in gñatio est emanatio et pductio similis i natura eadem pmum non est ineffabile sed secundu3 et hoc rōne essentie.

Cōtra illd qd determinat et ptinet ifinitū manēs i ifinitū est ifinitū talis ē relatio g pbatio minoris q: relatio eēntia in psona subsītēte ptinet ergo est formalr ifinita. Itē pr pducit filiū itūēdo aliqd obiectu3 aut essentiā et tūc erit fili9 essentie aut se patrē et tūc erit pr cōicabil q: cōicabit filio paternitate3 qd falsum est q: nihil est i pre circūscripta eēntia nisi paternitas igr cū fili9 sit formalr ifinit9 cū nō sit filius eēntie vr an habeat pprā infinitatē: aliā ab illa quā h3 ab essentia. Itē illa qditas ē ifinita q potest codē nūero et idiuisa subsistere in pluribus suppositis distinctis. sed talis est relatio aliq formalr vt spiratio actiua in pre et filio olno eadē q: aliter pr: et filius non spirarēt spm̄ sctm̄ iquātum olno vnū pncipiū p3 ēt q sit vna. q: relatio spirationis passionis sibi corrñdens est olno vna. Probatio maioris: hec est cā qre eēntia ē ifinita. s. q: ipa idiuisa ē i distictis. g silr in pposito aliq relatio erit ifinita: q: subsistēs i pluribus distictis. Itē actio adeqta pncipio ifinito est ifinita q: si eēt finita iam nō esset adeqta infinito: s3 gñatio pductio ē actio adequata pncipio pductiuo ifinito. Probatio q: alias posset esse pncipiū pductiuū alteri9 filij quod est impole. ergo formaliter est infinita. Itē subsistere proprie acceptū est pfectissima rō essendi aliqd: s3 relatio est rō formalis subsistendi i diuinis. ergo relatio h3 pfectissimā rōne3 essendi pfectissima rō essendi est ifinita ergo etc. pbatio minoris q: si nō relatio ergo essentia erit ratio pfectissime subsistēdi. hec falsu3 est q: nihil pt esse rō alteri9 subsistēdi nisi ip3 sit de se subsistēs talis non est essentia ergo etc. Item illd est infinitū formalr qd est ratio formalis pcipiēdi ifinita: q: si pluralitas pcipiēdi dicat maiore3 pfectionē et pluralitas pfectionū in essendo dicat pfectionē aliquam et ifinitas addet infinitā pfectione3 tā in essendo q̄ in pcipiēdo s3 pprietas psonalis verbi iquātum hmōi: est ratio pcipiēdi oēs pprietates psonales ēt ifinitas ergo est formaliter ifinita. Probatio minoris: q: proprietas psonalis vbi ē rō terminādi: pcipiē di assumptā naturā hūanā et ita

erit supplēs & continens ratiōnē suppositi creati: & qua rōne istam posset infinitas alias.

Ad primū istorū dī ꝙ relatio non contrahit nec determinat rationem diuinam: q2 sic contractum incurreret aliquā īperfectionē et passionalitatem & reciperet a cōtrahente aliquam actualitatem vltimam quod non est verum.

Ad scōm dī ꝙ essentia ē pncipale obiectū intellect⁹ paterni: ergo filius est verbum essentie. concedo: nō absolute: sed essentie vt in patre.

Cōtra tūc incidit ī aliud mēbrū: q2 ly vt in p̄re ad reduplicat patrē tanq̄ rōnē formalē p̄ris & tūc sequit ꝙ paternitas est ratio formalis verbi aut notificat illō qō sequit. s. patrē accipi ɓm rōnē suā formalē. & tūc sicut pri⁹ eēntia est pncipalr rō pmi obiecti signitiōis vbi ꝙ filius est fili⁹ essentie. Itē potētia vna tm̄ h3 vnū obm adequatū et primū qō virtualiter icludit vel eminēter oīa alia obiecta sed p̄rnitas nō est hmōi: q2 nō includit sibi oppositā relationē. s. filiationē. ergo &c. ¶ Ad illud dī ꝙ duplex ē obiectū adequatū vel adequatū & primū ɓm pdicationē sicut color est primū obiectū visus adequatū q2 q̄cq̄d v̄r ē coloratū. Aliud est obiectū pmū, & adequatū ɓm eminētiā & virtualr. et tale non est formaliter paternitas q2 nō includit filiationem sed tale primum obiectum est deitas.

Ad argumentū dico p̄r intuēdo aliqō obiectū gignit vbū: ita ꝙ ītuitio obi nō sit formalis rō pdicati. s. signitiōis vbi: s3 p̄r dū ītuet eēntiā gignit vbū: q2 signitio ē expssio formalis vbi ab essentia ita ꝙ obiectū vt intelcm nō h3 ita pfectā rōnē sicut vt subsistēs: q2 obiectū itellectū est ens rōnis: & ideo non gignit verbū nisi dū intuet obiectū qō p̄t dici gignere vbū sicut rō formalis signitionis. ¶ Tūc ad formā argumēti. cū dicis eēntia est pncipalis ratio parētis ergo fili⁹ est fili⁹ essentie. ¶ Rn̄deo dico ꝙ nō valet eēntia est pncipalis ratio gignēdi ergo ē gignēs sed est fallacia figure dictionis cōmutādo quale in hoc aliquid: q2 rō pncipalis formalis gignēdi dicit q̄le q̄d. gignēs dicit hoc aliq̄d q2 actiōes sunt singulariū & suppositoꝝ expmēs siue gignēs semꝑ dī ab expsso siue genito q2 nihil est qō seipm signat p2io de tri. ca. pmo. ergo si essentia exprimēs notitiā genitā vel verbū tūc essentia distincta eēt a verbo. qō nō est veꝝ & cōcedo ꝙ verbū exprimit ab eēntia siue a causa formali & a patre tanq̄ ab exprimente distincto. ¶ Ad aliā probationē dico ꝙ verbū pōt dicere expressionem distinctā ab expmēte & hoc est relatio realis vbi. Alio mō p̄t dicere determinationē ei⁹ de, quo est & sic cōcedo ꝙ verbū est notitia declaratiua essentie. sicut verbum in nobis est declaratiuū illius qō diffinit. ¶ Ad argumentum dicitur ꝙ maior est falsa loquendo de alia relatione. ı. d̄ tri.

Collatio. XIII



Trū p naturale inuestigationē de deo possum⁹ cognoscere q̄d est? Arguit ꝙ nō sic

se hʒ ad phātasmata itells sicut sensus ad sensibilia. ergo nō itelligimus nisi phātasmalia. Item
Dam. Damascenus libro pmo ca. scdo
li. p:io Item ca. quarto. Itē dionysius
diony. de di. no. capitulo secundo.
de di. no. c. 2. **Ad qōnem** q: qrit qd est deus.
Rñdet bñ q est substātia incorporea ꝛc. sed hoc inuestigamꝰ p naturalē rōnē ergo ꝛ qd est deꝰ. Itē
Aug. sup Io. Aug. sup Io. sermone primo. Cū audis deꝰ magna qdā subā facta est i corde tuo. ¶ Ad qstionē p:io videnda est opinio Philosophi Dico fm eū q notitia pma ꝛ cōfusissima que habet de re ē notitia qua scit qd significat p nomen ꝛ ista est magis suppositio q̄ scia vel notitia: ꝛ non determinat sibi esse: q: cōtingit significare q̄ non sunt. pmo posterioꝝ. Scda noti-
I. post. tia est scire si est qd significat per nomē. s. aliqd est in natura: q: qd non est non qrit de eo nisi qd nois. Istud si ē fm eū pt haberi
lincoñ. p se ꝛ p accidēs ꝛ fm Lincoñ. tūc habemꝰ si est p se qñ habemus p spēm rei. Et p accidēs qñ p spēm alteriꝰ. Exemplū siqs esset sup lunam p se sciret eclipsim. In terra aūt sciret p accidēs eclipsim si est sicut eum q aliqd iterest sʒ an. hoc sit iterpositio tal' nescit loquēdo de se est pmo mō fm eū q: q̄ vere sunt hñt si est facilr pt habere de qd est. scdo mō si est nullo mō se hʒ ad qd est. ¶ Ex ista sententia Aristotelis nullꝰ pt hēre cognitionem qd est de deo nec de substātia pʒ q nō de deo q: q nec de suba pt silr q: nō cognoscimꝰ sbam p ppriā spēm. Alr cognosceremꝰ substātiā panis i hostia ɔsecrata.
Cōtra accidētia cōferunt magnā ptē ad cognoscēdū qd qd est ꝛc. Itē de deo pʒ nō eñ innotaret si nō sciret. iō dico q phs sic itelligit ɔtingit de accidēte nō hre ɔceptū nisi accidēs i cōi ꝛ qd habet ꝛ ɔtigit hre ɔceptū illiꝰ cui iest. sʒ qd illō est non hʒ aliqs ex hoc. Ideo ex spē sola accidēs hr solū cōceptꝰ sube iō nec ex si est habet sic cognitio qd est: sʒ ɔtingit scire q inherētia stat ad p se stās ꝛ ɔtingit hre ɔceptū p se stātis ꝛ hic est ɔceptꝰ substātie: iō hñdo si est p spēʒ alienā accidētis habet qd substātie fm genꝰ ꝯtissimū ꝛ quātū habeo si ē sic p accidēs tm de eiꝰ qd est. vñ p spēm creature cognoscimꝰ q: est ꝛ ēt q: est actꝰ purꝰ ꝛc. iō cognoscimus de deo qd est p spēm alienā tñ ista cognitio quid est p speciē alienam nō est facialis vt res videat sicut est in se. sed sicut relucet in effectu sic pʒ sententia phi Modo in spāli videndū quō cognoscimus de deo. vel substantia quid est. ideo vidēdū est quō substantia lucet in accidēte vel deus in creatura. Quidā dicunt q substantia nō relucet in accidēte fm rationē ppriā qua nō vniuocat accidēti sʒ fm rationē cōem qua vnificat accidēti ideo vt lucet et cōtinet in accidēte cōtinet fm rōnē vniuocā sibi ꝛ accidenti sic est de deo ꝛ creatura. vñ deus cognoscit fʒ ɔceptū vniuocū deo ꝛ creature ideo nō cognoscimus quid p:opriū. Item nullum absolutū facit cōceptū in intellectu de aliq nisi ɔtineat ipm formalr. sicut inferiꝰ cōtinet supius: vel ꝟtualr sicut subiectū ɔtinet ppriās passiones accidēs nō ɔtinet substātias nec phātasma ɔtinet deū: nentro mō ergo ꝛc. Itē ens ordis supioris nō relucet in ordie entis infe-

rioris nisi inferiori modo creatura vt accidēs est entia inferioris ordinis ꝗ deꝰ ꝛ substātia. g ꝑm ꝓpriā rationem qua deus excellit creaturā non relucet in creatura ergo ꝛc. Itē cognitio est ꝑ assimilationē: sed ꝑm ꝓprias rōnes nō assimilant̄ g ꝛc. Itē qñ facimus attributiōes ad deū remouemꝰ: a ꝑfectiōibꝰ imꝑfectiōes in creatura ꝛ illud qḋ remanet attribuimus deo q̄ro si illō remanēs sit vniuocū deo ꝛ creature si sic habeo ꝓpositū. Si nō nō magis attribuit̄ sapiēti ꝛ deo ꝙ lapis. Itē in ꝯceptibꝰ vħs habētis singularia imagiabilia ꝓpa possumꝰ stare sicꝫ. nō aūt in non habentibus veritas non hꝫ ꝓpriū singulare imaginabile ꝑm Augustinū Cū audis veritas nati q̄re quid vitas statim obijciūt phātasmata ꝛc. Iteꝫ ois intellectus certus de vno ꝯceptu ꝛ dubiꝰ de duobꝰ hꝫ vnū cōmunē neutrū aut intellectus simul eēt certus ꝛ dubius de eodē phi certi fuerūt de ꝑmo ꝑncipio qḋ est ens, dubij aūt an hoc ens ꝛc. ꝛ iō stabant in ꝯceptu vno certo p̄ter vtrūq; dubiuꝫ. Itē ois ꝯceptus communis indeterminatus a quo si descenderet̄ in determinatos ꝑdicat̄ de eis ꝑ se ꝛ in qḋ ꝑdicat̄ vniuoce de eis. Hmōi est ꝯceptus entis respectu dei ꝛ creature. Ad aliō de vnitate dico q; illꝫ nō hꝫ singulare ꝓpriū in intellectu habet tñ aliud singularem communem. Ad illud de ꝯceptu certo ꝛ dubio dico: q ꝯclusio est vna ens hꝫ ꝯceptū vnū ꝑm qḋ vnitate. s. aggregationis ꝛ confusionis non tamen vnitate: vniuocationis. ¶ Ad aliud ꝯceptus nō remanet in eis vnꝰ simpliciter sꝫ vnitate confusionis.

Ad q̄ōnē dico q nō possumus intelligere deū qḋ est facilr̄ ꝑ speꝫ creature: sꝫ tñ ꝑm ꝯceptū ꝓpriū q est vniuocus creature: sed vt excellit creaturā ex creatura āt possumꝰ itelligere q creator est: sed nō qḋ est. hic cognoscēdo qḋ ꝑducit de nihilo ꝛ est actus purus itelligibilis ꝛ ꝙtū sic cognosco cognito de eo si est tm̄ cognosco cognito de eo qḋ est. ꝛ sic habebo diffinitionē de eo: sꝫ ꝑm hoc intellectus nr̄ vertēdo sꝫ ad parteꝫ diffinitionis habemus quid vtualr̄ creature: tñ q; animus nō stat in ista parte abstrahit a deo istos conceptus ꝛ stat ꝑ ignorātiā ꝛ negationem. ꝛ hec est vera cognitio quā habemus de deo hic. Dictum est q cognoscimus de deo quid est. Cōtra supeminētissimꝰ sunt sup bonū ꝛc. ꝑꝫ Dyo. ca. tertio illi cōceptus remouent̄ a deo. ergo nō sunt q̄litatiui ꝛ ꝓprij cōceptus dei. Dico q ꝯceptus ꝯclusi ꝑ modum ꝯplerionis ꝯueniunt deo. nec conueniūt creature huiusmodi sunt ꝯceptus compositi: non aūt simplices ꝯceptus: cuiusmodi sunt ꝯceptꝰ entis boni ꝛc. Nā tales ꝯceptus dicunt̄ vniuoce de deo ꝛ creatura. Dyonisius.

Ad argumētum dico q duplex est remotio vna a deo: alia ab alo. Exemplū si occurrat ꝯceptus ebrij vel supbi remouet a deo. si aūt ocurrat sup bonus huiusmodi dꝫ remoueri ab alo: q; per hoc intellectꝰ intelligit aliqḋ ꝯpositū sꝫ intendit aliquid aliud amare: qḋ est simplr̄: simplex. Sed quia p̄imꝰ modus super bonum ꝛc. est modus compositus non placet animo. ideo

stat in ignorãtia iō l3 ī altissimo ɔceptu nihil cōcipimus nisi nō cōposito tñ intēdimus cōceptus simplr simplicē:q: illū hēmus in cōi tm̄ ɔ ɔfusissimū ɔ cōem deo ɔ creature. ¶Qđ ens nō sit cōe ꝯtualr pbo:nulla intētio vniuoca statim est in sua inferiora:sed de scēdit ī ea p addita vt aial nō est stati3 hō ɔ asin⁹ s3 descēdit in ea p differētias. ɔ ita p addita.g̃ ēt si est vniuocū substātie ɔ accñti nō est statim substātia ɔ accñs s3 descēdit in ea p differētias. q̃ro igr vtrū p̄dicef de illis differē tijs in q̃d vel nō. Si sic g̃ nō sunt differētie silr tūc ille cū includāt ens quiditatiue erūt differentes alijs differētijs ɔ nō primo diuer se.ɔ de illis differētijs silr est q̃rē dū. Si dicas nō.g̃ cū ens h3 diffe rentias ɔ non p̄dicaf de eis in q̃d pte est gen⁹. Itē oē diuisibile diuidif ī diuisiōe p̄imaria diui siōe bimēbri fm̃ Boe.lib.diuisio nū. Silr hoc p3 p rōnē: q: ois di uisio ē monade fm̄ eēntialē ptī tionē:s3 p̄ia diuisio entis ē ī de cē gña.g̃ nō ē vnū. Dices diuidif in ens in alio ɔ in ens nō ī alio.

boeti⁹

Cōtra iō intētio entis est vniuoca substātie ɔ acciderī scōm te: q:substantia nō ɔcipitur nisi p speciē acciden tis iō scōɜ modū vniuocū ɔtinet ergo p oppositū cū nonē accñtia ɔcipiant p spēs ꝑprias ɔcipiant Itē intētio vniuoca nō descēdit ī alterꝫ vniuocatoꝝ ɔ̄aliter mediā te alia altera vniuoco. verbi gr̃a aial eque descēdit in hoiem ɔ in asinū ita q̃ neutrū est cā aialis descendendi in alterꝫ. Hoc p3 rō ne:q: alr differētie nō eēnt coeue in gn̄e. Silr nec essent in potētia in gn̄e sed in actu:q: summo signō

nature in q̃ intelligo aialē in alio signo imediate itelligere possū asinū:s3 nō sic.si hō pri⁹ intellige ref:q: est cā intelligendi asinū si def oppositū,in p̄io signo intel ligere hoiem ɔ in ɔceptu aialis: intelligeref hō.ergo ɔc. s3 ens est talis intētio q: nō ɔtingit descē dere ab eo in ens creatū analo gū nisi mediāte intellu entis qđ est de⁹.ergo nō est vniuocū eis. Probatio minoris in intellu ei hui⁹ in ɔ̄stum hec.f. creatura in cludif respectus ad ip̄m deū cu ius pticipatione est nō em̄ est in telligibilis nisi vt includit respe ctum ad deū:s3 deus intelligif si ne respectu s3 vnūqđq3 includēs aliud ɔ nō ecōuerso posterius est eo: iō ordine tali descendēdo ab ente ad hoc ens op3 descendere mediāte ip̄o intellecto. Itē p na turā indeterminata sunt pri⁹ in tellecta:hmōi est de⁹:q: ens ana logū ad decē est indeterminatū s3 determiabile p modos de⁹ āt nō est determinabilis. ergo ma gis est indeterminat⁹. Itē ponaf q̃ aliq̃s hēat ɔceptū iusti in cōi ɔ nōdum inuestigatū ɔ occurrat sibi an hec actio sit iusta per ap plicationē ad ip̄m iustū. ergo ip sum iustū icludif in ɔceptu iusti in cōi.mino: p3 p Aug.6. de tri nitate querit an act⁹ sit pfectio: ɔ applicat ad ip̄m pulchꝝū.i.deū q̃ est pulcher:ɔ prius nō habuit ɔceptum pulchri nisi in cōi.ergo ɔceptus ipsi⁹ iusti.i.dei includif in ɔceptu iusti in cōi. Dices non pōt applicari ad iustū in cōi nisi prius sciat ip̄m iustum.

Aug. 6.de trini

Cōtra loqueris eum pul chrum ɔ nō nosti eum prius cū inuenis eū iustū nescis:an inuenisti nisi intellige

ret in iusto in cōi ergo in iustū in cōi includit ipm iustū. Ad rōnes alias que sūt in oppositum scz q̄ ens sit vniuocū: q: in omni gn̄e est primū simplicissimū. sz primū oium est ens. ergo simplicissimū ꝛ sic vniuocum. Solutio primū obm intellꝰ pōt dici pmū prioritate adequationis: vel cōitatis. Alio mō prioritate gn̄ationis vel aduersionis: quo primo aduerto: vel prioritate virtutis i cuius. s. virtute intelligo oia. sic eēntia diuina est primū obiectū sui intellꝰ primo mō est ens cōissimū obiectū scdo est nūc vnum nūc aliud qd. s. vehemētius immutat intelꝰm primo primū obiectū ꝟtute nō hz viator: sicut dicūt quidē. Sed hoc est falsum q: hz ipm eē qd est pelagus primū cāusitate. s. deꝰ q pri intelligit q̄ infinite ꝟtutis: qd pz pri q: illō est aliō q̄deūq: prius inq̄ naturalr ꝛ cāliter. Tūc dico poritas ꝟtutis est prioritas simplr. alie vero prioritates sūt poritates scdm qd ideo ens nō est simplicissimū sed ens.

Cōtra hoc pbatio: q: creatura d: relatiue ad deum. ergo non intelligitur nisi deus prius intelligat silr p creaturā intelligimus deū: nec eū intelligimus nisi p creaturā. ergo nō priꝰ intelligit deꝰ q̄ creatura Dico nō video colorē nisi vidēdo lucem. ꝛ lux facit videre colores. ꝛ lux est primū cāusitate tn̄ talis: oculus posset eē q videret lucē in se silr talis oclꝰ mētalis posset eē q videret in se sicut em̄ color est cā scda. quare video lucē tn̄ lux ē cā pria sic intellꝰ ꝛc. Itē arguo sic vniꝰ potētie vnū est obiectū primū simplr. Itē oia cōceptus indeterminatus qd descēdit in iferiora ꝛ est vnꝰ in eis: est vniuocꝰ vt pz de aiali. tal est cōceptus entis q: pdicat d eis i qd.

Collatio. xiiij.



Trū volūtas naturalr determiet ad aliqd volēdū: q: sic Au. 12. de tri. c. 8. ad volēdū beatitudinē nā cōpellit. Itē potētia hz nālem habitudinē ad actū ꝛ obm: q: cadit in sua diffinitiōe. ꝛ diffinitio indicat qd est eē rei. sz hr̄e naturalē habitudinē ꝛ nālr determinari. g ꝛc. Itē q̄ cōueniūt oibus ꝛ vniformiter cōueniūt ex suis pn̄cipijs nature. sed velle beatitudinē conuenit oibꝰ ꝛ appetūt oēs: oēs beatitudinē. 1. ethi. Itē mobile ꝛ cōtingēs reducit ad imobile ꝛ necessariū sicut notitia cōclusionis cōtingētis ad notitiā principij necessario ꝛ imobilr noti. g silr in voluntate. Itē aia est naturaliter capax beatitudinis sed nulla creatura capax alicuiꝰ boni caret naturali motu. ad illud alr natura deficeret i necessarijs Itē omne generans determinat gn̄atum ad motū quo cōnaꝰ aliqn̄ cōiungi cū generāte. ergo deꝰ creans determinat sic volūtatē vt conetꝰ ꝛc. Itē spāliter de deo arguit sic. gloriosius hr̄ qd hr̄ necessitate nāe q̄ eodē hr̄ alr. sz deꝰ vult se gloriosissime. g ꝛc. Itē dei volūtas est eiꝰ itellꝰ re ꝛ intētione si igit intellꝰ itelligit mō nāe voluntas vult modo nature.

Cōtra principiū vt natura d: cōtra principium vt intellꝰ scdo phy. sz intellꝰ est natura vt principiū. ergo ꝛc. Itē

peccare est laudabile idõ non aufertur per statum nobilissimum.

Cõtra 12. de ciuita. ca. 11. Itē cur deus hõ. 8. c. 10. Itē si qs vidēs deū p essentiā nō pōt nō velle vt dictū ē magis vidēs 2 valēs nō pōt. ¶ Dicēdū q non scdm sanctos. Cā assignat a qbusdā ex pte dei tm. qz de9 vult q angelus ferat ɔtinue sic mō fert. vñ. 2. cōfes. 2. 12. de ci. c. vlt. ¶ Cōtra ponat q de9 dimittat angelū sibi ppi sub gñali influētia. 2 q angel9 hřet habitū grē 2 videret deū p eēntiā. angelus nō posset peccare. nec eū velle nec aliqd sibi pponer nec eū min9 velle. pz pmū. g. Alij dicūt secura scia de nō cadēdo qd est de rōne illi9 status. ¶ Cōtra etsi nō eēt certitudo de ei9 rōne adhuc pter eādē rationē q prius nō posset peccare. Alij dicūt charitas q est donū gratuitū est rō impeccabilis. Illud nō vz qz tūc volūtas nō eēt libera. Charitas eñ vie et patrie sunt eiusdē rōnis. 2 eadē que est in via est in patria. qz nūq excedit fm Apłm prime ad Cor. 13. ergo sequit q charitas imobilitabit volūtatē in via sicut i pria et sic nō pōt volūtas ad oppositū in via nec peccare. Itē illud donū inclinat p modū nature nec libere qtū est de se. ergo volūtas necessitat p illā formā inclināntem p modū nature. Alij dicunt cām ex pte volūtatis effrenate ferentis se in deū: 2 ecōuerso de demonib9. ¶ Cōtra in priori p naturā q beat9 videt deū añ velle effrenatū hz velle. idõ prior est impossibilitas peccādi q effrenatio ferēdi. Ideo dico q qtuor ɔcurrūt ad volēdū deū in illo priori p essentiā visum: vez cōtinua exhibitio

Apłs ad co. 13.

pñtie 2 eminētia obi visi p essentiā 2 cā ɔtinue ɔtēplationis. quo cūq eñ vertit eēntia ad vidēdū res in pprio gñe videt deū p eēntiā. ¶ Cōtinua contēplatio obiectiā cōtinua fruitio in volūtate. Ista ɔtinua impssio ē quasi pondus inclinās voluntatē exercere aliquē actū in obiectū. ¶ Contra istud pōdus inclinat p modū nature. g necessitat eā. et sic nō manet libera. Dico q ista necessitas nō est violētie sz imutabilitatis.

Cōtra est ab agēte extrinseco. Dico q illud extrinsecū magis hz rōnez finis q efficientis. et si se hēat in rōne efficiētis. nō tñ infert violētiam qz violēter est cui9 cā est extrinseca et passum nō cōfert vim sz hec volūtas ɔfert. qz hz i obiecto cur ipm sup oia velit et nō hz cur ab eo resiliat. vel cur ad aliud cōuertatur. 2 sic ipm necessario vult et est impeccabilis. primo qz mobili reducto ad actū pfectū vbi nulla est priuatio necessario quiescit sz volūtas sic videns 2 amās deū reducit ad actū perfectū vbi nulla est priuatio. ergo ipbatio minoris. qz motus est act9 entis in potentia ad terminū quo priuat mobile. reducto igit mobili ad terminū vbi nulla est priuatio iā nō pt eē mot9. Itē vltimate quietatū vlteri9 nō mouet. sz volūtas in vltio fine habito vltiate quietat. ergo. Itē oē bonū reficit aliquo mō voluntatē. ergo. infinitū bonū habitū ifinite reficit. ergo. Item Anš. de casu diaboli. beati adepti sunt qcq 2c. Itē Boetius de ɔso. in pncipio. Ad primū potētia ē in dispone ti. i. extra puationē sic q nō pt i oppositū actū. Ad aliud laudabile est scdm q

posse peccare: sȝ nō simplr̄ iō au-
ferr̄. ¶ Utrū igit̄ ꝗ sic necessario
vult etiā libere vult ꝙ nō. Augu-
stinus in enchirid. bonū ꝛ malū
ſm rōnes spāles nō ꝯpatiunt̄ se:
nec vitiū cū virtute: sȝ libertas et
necessitas opponunt̄ sicut bonū
ꝛ malū. ergo nō in eodē. Itē de libe-
ro arbi. Iō volūtas nr̄a est libera
qꝛ in ptāte nr̄a: sic nō est in ptāte
nr̄a qđ necio vult. Itē volūtas ē
potētia realis. ergo valet ad opposi
ta: sed respectu illoꝝ ꝗ necessario
vult nō valet in oppositū. Ad op
posita pȝ ex dictis: tū qꝛ cū neces-
sitas vt sic nō tollat libertatē vel
diminuat: dico ꝙ nō malū est in
deo: qꝛ necessario vult se: nec pōt
non velle se: tn̄ libere vult se ſm
Aug. 22. de ciui. ca. 11. ꝯ stoycos.
Aug. 6 ciui. c. 11. Sed vna necessitas icludit subie
ctionē alteri sine extrinseco sine
intrinseco ꝓueniēti vel inferenti
vim necessitas talis repugnat li
bertati ꝛ dicit seruitutem: in ꝗ sic
mouent̄ ab extrīseco nō mouent̄
libere vt piecta: nec que mouent̄
Necessitas act⁹ voluntati. ab extrinseco ſm īpedimētū na-
ture: vt grauia ꝛ leuia nō mouē-
tur libere: qꝛ nā ꝓueniēs ab extri
seco cū īpetu mouet ea: hec neces-
sitas includit subiectionē. Alia ē
necessitas spontanea in actu nō
ꝓueniens: ꝛ illa stat cū libertate.

Collatio. XVI



Utrū apprehēso fin
vl'i fine vltimo vo
lūtas possit nō vel
le illū: dico ꝙ velle
sumit̄ large ꝓ qua
cūq3 inclinatione impressa siue a
deo siue a quocunq3 in ea: vnde
potest aliquid esse impressum in
voluntate non quo elicit velle:
sed quo inclinat velle.

Cōtra illud ī possum est velle aliquo⁹ mō:
vn̄ Augu. sup illud. Inclina cor Aug. sup psal-mum.
meū. Cor iclinari est velle: sȝ dele
ctatio est inclinatio. ergo velle ꝯnter
sumit̄ ꝓ inclinatiōe siue delecta
tione aliqn̄ ꝓ actu elicito: ꝛ nō est
tm̄ actus elicitus. ergo velle sumit̄
large pro ol inclinatione passiua
impressa a deo: ꝛ sic inclinatio nō
est in ptāte volūtatis: qm̄ tanga
tur ſm Augu. nō est in volūtate
nr̄a quin visis tāgamur vn̄ aliq̄
passio fit in volūtate ꝗ non est in
ptāte volūtatis. Silr̄ Anselmus Ans. de cōcor.
de cōcor. ꝛ predesti. de⁹ impressit
affectiōes in volūtate ꝓ quas i-
pressio quō iclinat ad illud: sic nō
est actus elicitus sȝ passiua incli
natio. Silr̄ sumit̄ velle ꝓ actu eli
cito. sic igit̄ sumpto pōt dici ꝙ vo
luntas apprehēso fine in vli pōt
nō velle illū vno mō: qꝛ lȝ idē sit
bonū in cōi et in pticulari ꝛ si sit
apprehēsum in cōi: nō tn̄ i parti-
culari: ꝛ sic ab illo potest volūtas
auerti. Alio mō potest itelligi ꝙ
volūtas pōt velle oppositū boni
in cōi apprehensi ꝛ nolle illud. s.
bonū in cōi. Sed hoc est īpossibi
le ſm Augu. 14. de trini. c. 8. ꝛ in Aug. 14. de tri. c. 8.
enchirid. c. 9. Aliter pōt intelligi ꝙ
voluntas est ibi libera ad actum
sȝ elicere vel nō elicere, ita ꝙ bo-
no in cōi apprehēso voluntas est
in potētia actum oēm suspende-
re: et ita nec nollo nec volo.

Cōtra illud suspēdere vel est agere vel nō: si
est agere: ergo dicis opposita: qꝛ sic
suspēderet etiā oēm actū suspen-
dēdi. si nō ē agere. ¶ Cōtra. īpres
sio facta ab obiecto in voluntate,
est pondus ꝛ inclinatio: sȝ omne
pondus inclinās necessitat incli

natuz suū nisi inclinatū renitat͛ s͡z nō renitit͛ nisi p actū ⁊c. Itez si volūtas nō esset libera tale pondus in ea necessitaret eā s͡z si volūtas nullū libertatem exerceat agēdo sic se h͡z pōdus ad eaz vt nō liberā. ergo necessitaret eaz. Itez si pōt nullū actuz exercere: hoc ē inquantū libera ⁊ tūc includit͛ in rōne libertat͛ posse nō velle. hoc ē falsuz: volūtas tm̄ dei semp est in actu ⁊ tm̄ ē libera. ¶ Ad pmū i oppositū nihil tm̄ substātie voluntati sicut voluntas. sed sicut actus intell'ꝰ est in ptāte volūtatis: ita volūtas quare pōt diuertere actū volēdi sicut intelligēdi nō tm̄ oēm actū suspendere. Ad aliud agēs ita ꝙ p nullā ptātez pōt nō agere necessario agit: voluntas aūt pōt diuertere intell'z ⁊ se: ⁊ per ꝯns ad aliud: iō l͡z necessitetur stāte ꝯsideratione: nō tm̄ simpl'r sicut visus a calore vel luce: ⁊ sic nullū actum eliciet: q: nullum actū elicit nisi p aliquid impssuz ab obiecto: ⁊ iō eque. vt q: necessitat͛ respectu oim: s͡z impressuz in volūtate ē tm̄ inclinās iō volūtas nūꝗ necessitatur ab obiecto: tm̄ magis inclinat͛ respectu finis ꝙ̄ respectu alteriuso biecti: ita ꝙ nō potest ferri i oppositū: l͡z sic possit diuertere ab eo non tamen repudiendo.

Ad argumentū

15. de tri. c. 41. ⁊ Ans. cur deꝰ hō. libro. 1. c. 7. Beati angeli nō pn̄t peccare: cuius oppositū vr̄ tenere. Si eīm pn̄t nō velle pn̄t peccare peccato omissiōis. Et isti dicerent forte l͡z deliberate voluntatis possint nō velle deū: tm̄ q: deꝰ tenet eos in beatitudine vt efficiens non pn̄t peccare. ¶ Aliqui assignāt cām quare non possunt peccare beati a pte voluntatis. Aliqui dicūt ꝙ cū est volūtas dei cōfirmans ⁊ efficiēs: ita ꝙ nō pn̄t velle oppositū illius quod deus vult. hoc h͛ ſm Aug. 12. cōfes. et 22. de ciui. c. vlti. Aliȷ̄ dicūt cām ex pte obiecti beatitudinis nō vt efficiēs. intell'ꝰ eīm beatus videt diuinā essentiam per essentiā: q: deus p essentiā pn̄s ē intellectui beato: iō quocūqꝫ verterit se videt beatus deū ex quo pōt videre deū p essentiā: ⁊ deus ē vbiqꝫ iō quocūqꝫ verterit se videt deū. ergo si voluntas beati hn̄tis deum presentē in intellectu informata charitate pōt non velle deū: hoc erit: vel nullū actū eliciēdo erga deum: hoc improbatū ē prius an diuertēdo intellectū non cogitādo de deo: hoc improbatū ē mō: q: quocunqꝫ vertit͛ ad videnduz Alia etiā in ghe. pbo videt deuz aut hoc est: q: pōt nolle deum in preponēdo aliud sibi: hoc īpossibile. Probatio. q: voluntas ppo nit aliqd aliȷ̄ vel nō vult aliquid hic est pp aliqd. Cur ſm Anselmuz de veritate: sed deo viso per essentiam nulla pōt apparere rō nolendi ipm vel pponendi aliqd sibi. Probatio. q: hoc nō eēt nisi q: hoc cui aliqd preponit͛ est maluz simpl'r: vel q: nō ē bonū in se s͡z aliud est simpl'r bonū ⁊ eēntia le bonū: vel ita ꝙ vtrūqꝫ est bonū s͡z alteꝝ melius: vel ꝙ sint equalia bona: ⁊ volūtas pōt pponere vnū alteri: s͡z nullū istoꝝ ꝯtingit in pposito: q: oē bonuz includit͛ in hoc bono melius ꝙ̄ in se.

Aug. de confes. 12. ⁊ 22. de ciui. c. vlti.

Ansel.

Ad argumentū

illoꝝ idem principiū actiuū ⁊ eodē modo se habēs nō aliqñ elicit

actum cōtingentē aliqñ necessarium: dico hoc est p mutationem in alio facta q̄ in pncipio vel ob iecto. principiū p̄ri⁹ agens ꝯtingēter post necessario agit: vt mo rtēs in charitate est btūs: voluntas non mutat̄ nec charitas: nec obm diligā tunc deū sicut mō t̄ñ tūc necessario: mō ꝯtingenter pp realē mutationē factā in intellectu: fides mō erit tūc visio: tamē obiectum non mutatur: sed alio modo se h̄z ad voluntatem.

Ad scōm si volūtas fertur necessario in patria in deū quid facit necessitatē: dico non potest non velle deū ibi: neq̄ nullū actū exercendo circa hunc: sed circa aliū exercēdo neq̄ adimēdo: causa p̄imi est: quia nō posset nisi p libertatē hoc ꝛ tūc per exercitiū: ꝛ ita per actū: causa scđi est: q: intellectus semp est presens voluntati mouens ꝛ imprimens: q: nō pōt per libertatē nō imprimere ꝛ inclinare ad velle deum: p̄tz prius. ideo respectu illius nō est liber. Similiter causa tertij est idem.

Colla. XVII.

Utrum volūtas necessario velit vltimū finē sibi ośsum a rōne. Dicit̄ q̄ sic quia illud in se h̄z oēm rōnem appetibilis ꝛ nullā rōnē fugibilis necessario appetit̄ a volūtate: nam io voluntas nō necessario sed variabiliter vult aliud: q: rōnē aliquā fugibilis h̄z ꝛ nō h̄z rōnem appetibilis: s; vltimus finis est h̄mōi: hic em̄ vocam⁹ vltimū finē q̄d ꝯtinet in se oēm rōnē appetibilis vel appetiuitatis et nihil fugibilis: iō volūtas necessario vult vltimū finē in vl̄i acceptum in bonum sub rōne boni.

Cōtra omne agēs necessario eadē necessitate qua agit remouet p̄hibens si sit in p̄tāte sua ip̄m amouere: vt p̄z de graui supposito trabi: s; impediēs voluntatē ad volendū vltimū finē est nō ꝯsideratio intellectus: si igit̄ volūtas necessario vult vltimū finē necessario amouebit impedimentū nō cōsiderationis ꝯuertēdo necessario intellectū ad ꝯsiderandū vltimū finē. & intell'ꝰ necessario ꝯsiderabit vltimū finē q̄d est impoſſ. Pb̄ q̄ maior: si vera est veritatē h̄z de agēte necessario q̄d eadē actione aget ppriā actionē ꝛ remouet prohibens: vt p̄z in exēplo de graui q̄d eadē actione qua mouet se deorsum frāgit trabē si pōt. Nūc aūt volūtas alia actione vult vltimū finē ꝛ alia intellectu; intelligere vltimū finē cui ip̄erat cōsiderare vltimū finē: ꝛ iō nō o; q̄ necessario velit intellectū intelligere vltimum finē: l; necessario velit vltimum finem sibi ostensum.

Cōtra maior p̄batur sine tale agens agat p p̄riam actionē ꝛ amouet p̄hibēs vna actiōe siue duab⁹ q̄m agens q̄d necessario agit necio amouet omne incōpossibile impediens sua; actionē sine cui⁹ amotione nō pōt agere si pōt illud amouere: q: si pōt illud icōpossibile impediēs amouere et nō necessario amouet. t̄ñ non pōt agere stante illo incōpossibili impediente seq̄tur q̄ illud agēs non necessario agit quantū est ex p̄te sui: et hoc p̄z de ligno necessario calefaciente: q̄d si non pōt calefacere nisi de

siccãdo autcrẽdo humidũ impe=
diens necessario desiccat: lz alia
actiõe desiccet & calefaciat: si igit
volũtas necessario velit quãtum
est ex se vltimũ finẽ & nõ põt illũ
velle nisi ɔsiderãdo ipm: seqtur q̃
volũtas necessario mouebit itel=
lectũ ad ɔsiderãdu3 vltimũ finẽ.
¶ Preterea q̃ dr postea q̃ alia vo
litione volũtas vult finẽ vltimu3
& intellectũ intelligere ipm: hoc
nõ est verũ: q2 fm Aug. eodẽ actu
quo volũtas ɔplacet sibi in obie
cto aliquo copulat potentiã cum
ipso obiecto sicut eodẽ actu quo
volũtas delectat in vidẽdo aliqđ
obiectũ: vult visum videre illud
obiectũ & copulat visum cum tali
obiecto. ergo eodẽ actu volũtas
vult finẽ vltimũ: & intellectũ itelli
gere finẽ vltimũ. ¶ Ad primum
hoꝝ q̃ agens qđ necessario agit
necessario amouet: ipediẽs actio=
nem suã: lz alia actiõe dr: qđ hoc
est verũ qñ agẽs fm eũdẽ modu3
fert in vtrũq;: cui9 oppositũ acci=
dit in pposito: q2 fm aliũ modũ
volũtas fert in finẽ & fm aliũ i ea
q̃ sunt ad finẽ: q2 libere in ea que
sunt ad finẽ. s3 necessario in finẽ.

Cõtra maior illa pbatur vlr sic: si aliqua ex
trema sunt cõnexa p aliq̃ media:
si illa ɔnexio extremoꝝ sit necessa
ria: op3 q̃ media ex qb9 depẽdet
ɔnexio extremoꝝ sint necessaria:
q2 si ista media essent ɔtingẽtia &
ɔnexio ex illis dependẽs necessa=
ria necessariũ depẽderet a contin
gẽti: qđ est imple: si igit volũtas &
obm qđ est vltim9 finis necessario
ɔnectunt ɔnexio h3 media pcedẽ
tia ex qb9 dependet vt actũ volũ=
tatis & actũ intellect9 sequitur q̃
act9 intellect9 respectu cuiusdam
obiecti erit necessari9. ¶ Dicit q̃
necessitas duplex ẽ absoluta & cõ=
ditionalis siue psuppositiõis &
ɔñe: qñ aũt aliq̃ extrema ɔnectunt
tur necessario necessitate absolu=
ta p aliq̃ media: op3 q̃ illa media
sint necessaria sicut pbat rõ: s3 qñ
extrema ɔnectunt i necessitate nõ
absoluta s3 ɔditiõata vt stãte me
dio pdicto: tũc nõ op3 media esse
necessaria absolute. Sic aũt ẽ i p=
posito q̃ volũtas nõ vult finẽ vlti
mũ necessario necessitate absolu
ta: tũc eni sp vellet finẽ vltimũ: s3
tm̃ necessitate ɔditiõata: puta dũ
intells oñdit volũtati intellm qđ
est finis vltim9: vñ nõ q̃rit an vo=
lũtas necessario velit finẽ vltimũ
s3 an necessario velit finẽ vltimũ
sibi oñsum ab itellectu. Et p hoc
p3 rñsio ad rõnẽ pncipalẽ. oẽ agẽs
necessario necessitate absoluta ea
dem necessitate remouet phibẽs
si aũt necessitate ɔditionata: tũc
nõ necessario remouet phibẽs.

Cõtra oẽ agẽs necessariũ agit p pncipium
sibi intrinsecũ: sed act9 itelligẽdi
quo ostendit volũtati vltim9 fi=
nis nõ ẽ pncipiũ intrinsecũ volũ=
tati: g̃ volũtas nõ necessario vult
vltimũ finẽ pper ostẽsionẽ entis
in intellectu. ¶ Preterea rõ prior
adhuc vr stare agens qđ necessa
rio agit q̃ntum est ex natura sua:
l3 non absoluta necessitate agat
eadem necessitate si põt remouet
prohibẽs: sicut ignis q̃ agit non
necessitate absoluta: q2 sic semper
ageret: nec sua actio tunc posset
impediri: s3 necessitate ɔditiona=
ta vt si passum dispositu3 sit sibi
approximatũ: qđ quãtum est ex
se necessario agit eadẽ necessita=
te amouet impediẽs suã actionẽ
si potest. Et pbat sicut primũ: q2
si põt impediens suam actionem.

amouere ꝛ nõ necessario amonet igit̃ ↄtingẽter se hꝫ circa amotionẽ illius. cũ igit̃ actio sua ꝓpria circa ꝓpriũ obiectũ depẽdeat ex actiõe illiᵒ. sequit̃ ꝙ ↄtingẽter se habeat ad suã actionẽ ꝓpriaꝫ ex se. ꝛ nõ necessario q̃tuꝫ est ex sua natura: sed volũtas quãtũ est ex sua natura fertur in vltimũ finẽ ſm hãc opinionẽ. ita ꝙ quãtũ est ex pte sua necessario vult finẽ vltimũ. ergo quãtũ est ex pte sua necessario amouet nõ ↄsiderationẽ intellectus impedientẽ actionẽ suaꝫ ↄuertẽdo necessario intellectum ad ↄsiderãdum de vltimo fine.

Cõfirmat̃ hec rõ sub alia forma sic. agẽs qḋ necessario agit q̃tuꝫ est ex pte sua eadẽ necessitate faciat obm suũ sibi esse p̃ns si potest sine quo nõ agit: vt pꝫ de igne q̃ si põt necessario faceret cõbustibile sibi esse p̃ns: ꝛ hoc pꝫ etiã de adamãte qḋ eadẽ necessitate attrahit sibi ferrũ qua agit in ferrũ cõiũgẽdo ipm sibi. si ỽo volũtas quãtũ est ex parte sua necessario vult vltimũ finẽ eadẽ necessitate faciet illud obiectũ q: est vltimᵒ finis sibi presentari per itellectũ cum hoc põt. ergo necessario tenebit intellectũ in ↄsideratione vltimis finis quãtum est ex se. sicut adamas tenet ferrũ. ¶ Ad primũ istoꝝ dicitur ꝙ agẽs qḋ necessario agit quãtum est ex parte sua agit ꝑ principium intrinsecũ sibi cõpletiue: tamẽ põt agere ꝑ principium extrinsecum dispositiue. ꝛ sic volũtas agit dispositiue per intellectum sibi ostẽdentem vltimum finem.

Cõtra agẽs qḋ in se hꝫ totam cãm sue actionis nõ depẽdet ab alio in agẽdo: sed volũtas si necessario vult vltimũ finẽ hꝫ i se totã cãm sue actionis: q: ipsa sola agit suã actionẽ ꝛ eãdẽ recipit. igitur i agẽdo suã actionẽ nõ depẽdet ab intellectu. Dicitur ꝙ agẽs qḋ hꝫ in se totaꝫ cãm sue actionis completiuam ꝛ dispositiuã nõ depẽdet ab alio. ſꝫ sic nõ est in proposito. cũ actio intellectus sit dispositiua respectu actionis volũtatis.

Cõtra necessitas agẽdi principalis agẽtis totaliter est in principali agẽte. quia si nõ totaliter sed partim in principali agẽte ꝛ partim in extra ergo agẽs principale ꝙ necessario ageret ꝑ illud qḋ est extra ipꝫ: qḋ est impossibile. Ad illud principale põt dici sic: ꝙ aliqḋ agẽs est quod ex natura sua sic necessario agit ꝙ propriã actionẽ impedire nõ põt nec directe suspẽdẽdo propriã actionẽ. Nec indirecte agẽdo circa aliud qḋ impedit actionẽ circa ꝓpriũ obiectũ ꝛ de tali agẽte vniuersaliter vr̃ esse verũ ꝙ agẽs qḋ ex natura sua necessario agit necessario amouet impedimẽtuꝫ suũ si põt: sicut pꝫ in omnibᵒ naturalr̃ agẽtibus. Aliquod ỽo est agens qḋ necessario q̃tum est ex pte sua aliqḋ obiectuꝫ circa qḋ lꝫ directe nõ possit ipedire: ꝑpriam actionẽ eã suspẽdẽdo. q: hoc icludit cõtradictionẽ ꝙ aliqḋ agens necessario agat quãtum est ex natura sua: ꝛ tñ ꝙ ex natura sua potest suspẽdere propriam actionẽ. indirecte. tamẽ põt propriã actionem impedire agẽdo circa aliud ꝛ huiusmodi agens est sola volũtas que quantum est ex parte sui necessario tendit in vltimum finem in vniuersali sibi ostensum. que licet nõ possit ꝓpriam actionem

nem impedire eam directe suspē dendo: tñ pōt eam indirecte ipedire agēdo circa intellectū prͤcipiēdo sibi de vltimo fine nō cosiderare cōuertēdo ip3 ad aliud in telligēdum: ꝛ sic qꝛ nō est tūc vlti mus finis cognitus nō potest vo luntas illū velle. Et ꝑ hoc ad ma iorem rōnis est dicendū ꝙ agēs qd sic necessario agit ex se ꝙ i po testate sua nō est impedire ꝓpriā actionē directe nec indirecte eadem necessitate amouet impedi mentū sue actionis: s3 nō est ver3 de agēte qd sic necessario agit ꝙ in ptāte sua ē indirecte suā actio nē impedire cuiusmodi est volūtas. S3 ꝯtra hoc arguit agēs qd ex natura sua necessario ꝑ actionem suā tēdit in obiectum deter minatum quātū est de se nō pōt auertere se ab actiōe respectu talis obiecti. hec eñ vr esse manife sta: qꝛ pdicatū includit in subiecto. si eñ agēs quātum est de se possit auertere se ab actione circa vnū obiectū de se: quātū ē de natura sua: nō determinat ad actio nem respectu illi9 obiecti: sed vo lūtas volēs vltimū finē sibi osten sum ex volūtate sua pōt auertere se ab actu volēdi vltimū finē quia potest impedire intellectui vt nō cōsideret vltimū finē: sed alid ob iectū vt concessum est: ꝛ ita pōt se auertere a volitione vltimi finis: igit volūtas ex sua natura quan tum est de se nō determinatur ad volēdum vltimū finē necessario. ¶ Preterea volūtas volēs vltimū finē sibi ostēsum pōt ex se velle ꝛ nō velle vltimū finē sibi ostensu3 ꝯña ꝓbatur ex opposito: qm̄ si vo lūtas de necessitate vult aliquid quātū est ex se vult se velle illud. Aña ꝓbatur. qꝛ volūtas volens vltimū finē sibi ostēsum pōt auer tere intellectū a ꝯsideratione illi9 finis ostensi: sed nō auertit itellēctum a ꝯsideratione vltimi finis nisi qꝛ vult se non velle vltimum finē: s3 aliud obiectū: quādiu eñ se vult velle vltimū finē itellectū nō auertit a ꝯsideratione vltimi finis. ergo volūtas vltimū finē ostēsum sibi pōt ex se velle se nō velle illud. ¶ Preterea ois attingens suū obiectū formale ꝑ actum. attingit ipsum ſm rōnem formalē ꝛ ꝓpriā ipsius potētie: s3 potētia vltima ſm rōnem suā formalem libera ē ꝛ ad vtrūlibet se hñs in eliciēdo actū: ꝑ hoc eñ distingui tur a potētia intellectiua q̄ de se non est libera nec ad vtrūlibet se hñs nisi quatenus determinat ꝑ volūtatē: obiectū aūt formale vo lūtatis ē bonū. ergo volūtas ꝑ actu3 suū libere attingit bonū sub rōne boni: libere ad vtrūlibet: ita ꝙ po test illud velle ꝛ non velle qñ est sibi ostensum. ¶ Preterea arguit ꝯtra rōnē positiōis ꝙ nō ꝯcludat qꝛ si volūtas iō nō pōt nō velle finem vltimū sibi ostēsu3 qꝛ in ipo nō ē aliqua rō fugibilis: s3 ois rō appetibilis: cū intellect9 informa tus habitu in lumine fidei osten dit volūtati finē vltimū in pticulari: ꝛ hoc sub rōne summi boni in quo est ois rō appetibilis: et nulla rō fugibilis seqt ꝙ volūtas nō pōt nō velle vltimū finē i pticulari sibi enigmatice cognitu3: ꝯña p3: qꝛ intells in lumine fidei certitudinaliter ondit voluntati deū vt est vltim9 finis: nec de hoc pl9 dubitat ꝙ de9 trin9 ꝛ vn9 habeat in se rōnē ois appetibilis: ꝛ nullam rōnē fugibilis ꝙ de fine vlti: ꝛ etiā cognoscēs finē vltimū sic in pticulari pfecti9 cognoscit

q solum cognosceͤs in vno ipm. si igr volũtas nõ põt non velle vlti mu3 finẽ sibi ostẽsum in vno mul tofortius non põt nõ velle vltimũ fine3 sibi in particulari enigma tice cognitũ: qđ tñ negat doctor istam opinionẽ tenens. Quod si concedas conclusionem.

Cõtra per eandẽ naturã p quã mouet̃ qs in finẽ quiescit in fine. si ḡ volun tas mouet̃ necessario ex se i finẽ vltimũ in particulari vt in deũ. ḡ necessari o quiescit in isto: ita q̃ nõ potest nõ velle istum: ⁊ ita nõ põt volũtas euelli a dilectiõe dei et sic sit confirmatus in bono.

¶ Preterea oẽ qđ mouet̃ ex se in aliqđ mouet̃ in illud ꝭm modũ nature sue: si igit̃ voluntas mo neat̃ necessario in finẽ vltimũ ⁊ cõtingẽter in ea q̃ sunt ad finem sequit̃ q̃ non erit eadẽ potẽtia ⁊ natura: qm̃ eadẽ natura non põt esse principiu3 agẽtis necessario ⁊ cõtingenter quantum ex se.

phs 6. eth. **Confirmat̃** p phm 6. eth. vbi dicit q̃ ad ea que sunt altera genere sunt ⁊ altere particule aĩe: ⁊ ideo ↄtingit q̃ scientificu3 alia particula est ꝙ̃ ratiocinatiuũ: q: sciẽtificũ est circa necessariũ ⁊ ra tiocinatiuũ circa ↄtingens. si igr̃ volũtas necessario se habeat cir ca finẽ vltimũ q̃ ẽ ens necessariũ ⁊ cõtingẽter circa ea que sunt ad finẽ: q̃ sunt contingẽtia sequit̃ q̃ volũtas non erit vna potentia.

phs 8. phy si co. ¶ Preterea phs pbat. 8. physic. q̃ grauia ⁊ leuia nõ mouentur a se: q: tũc ex se starẽt ⁊ essent prin cipium sui status ex se circa ter= minũ. sicut aĩalia. igitur a simili ⁊ per eandẽ rõnem cum volũtas moueat se: libere in finẽ vltimũ: volũtas posset habere principiũ sui status circa finẽ vltimu3: ita q̃ posset non velle illum. ¶ Preterea phs arguit contra Plato= ne3. 1. de anima. q intellectus nõ sit circulus: q: tunc intelligẽtia esset circulatio. Ex quo accipitur q̃ si natura esset eadẽ cum natu ra: actus est idẽ cum actu: si ergo voluntas necessario volens vlti mu3 sit eadẽ cũ volũtate ↄtingẽ ter ea que sunt ad finẽ tũc actus respectu finis erit eiusde3 rõnis cum actu respectu eo2ꝙ̃ sunt ad finẽ: ⁊ ita si vnus est libere cõtin gens ⁊ alter erit. phs. 1 ð aĩa.

¶ Preterea: si volũtas quãtũ est ex se necessitet̃ ad volendũ bonũ sub rõne boni sequit̃ q̃ non põt nõ velle malũ sub rõne mali. consequentia ptꝫ aliter eñ simul posset velle ali= quid sub rõne boni ⁊ mali ↄñtis falsitas probat̃ multipl̃r. Primo sic. malũ peccati ꝭm rõne3 ꝓpriã peccati per se respicit libertatem voluntatis: q: ꝭm. Aug. peccatũ est a deo voluntarium q̃ non est peccatum si nõ est voluntariũ. ḡ peccatũ sub rõne peccati est vo= luntariũ: s3 peccatum sub ratio= ne peccati malu3 est. ergo volun tas potest velle aliquid sub ra= tione mali.

Confirmat̃ act⁹ ma lus pec cati inquantũ peccatũ est: aut est voluntariũ aut nõ si sic hr̃ ꝓpo= situm: q̃ volũtas velit malũ sub ratione mali si nõ sit voluntariũ vt malus. ḡ actus vt malus non est peccatũ. ¶ Preterea volũtas respuit malum: aut sub ratione mali: aut sub rõne boni. Si secũ do modo ita q̃ nolit malu3 sub rõne boni: ergo ratio bonitatis est causa nolendi aliquid: et per

9ñs voluntas nõ necessario vult bonum sub ratione boni.ſi nolit malum sub rationi mali.

